

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

XXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

si forte & ipsis libeat suos Legatos ad conventum Naumburgum mittere, & quod in rem Ecclesiarum pertinere videtur, consiliis suis conferre. Quod igitur tui cives faciendum statuerint, precor, ut sit tam Ecclesiae, quam reip. salutare. Nolo autem te celare, quod Legati mei Principis suscepturi sint professionem ad Naumburg die 18. Aprilis. Bene ac feliciter vale Studgardiae die 15. Aprilis Ao. 1554.

Jo. Brentius.

XXI.

S Pluribus non possum ob improvisum latoris harum discessum. Is affinis & *carissimus* meus est, mihi in Domino conjunctissimus. Quem jussi familiariter te & D. Rabum convenire, & quod nuper ego non potui efficere, ut tecum, quantum voluissem, commentarer, per hunc & commode & tuto licebit. Est enim is alter ego. Eoque facilius nuper tuli, quod jucundissimo tuo, eoq; prolixiore, colloquio destituerer, cum scirem, hunc meum intimum ad vos illico professionem destinasse. Et quia tui etiam praesentis aliquando Basileae copiam datum iri spero, sicut & D. Ludovici, id enim discedenti promisit, quâ re nihil acceptius optatusq; evenire mihi queat. Vale cum Syñistis & Professoribus omnibus. Basil. 29. Maji Anno 1554.

D. Ludovico pulveres contra vertiginem medicas mittam, cum primum licebit, quia nunc expediri nondum potuerunt.

T. Sulcerus.

XXII.

S D. Reverende vir & cariss. frater! Legimus convocatos esse Doctores à Constantino, Theodosio, Martiano: Sed existimo, majore cura eas Synodos & convocatas & gubernatas esse, quam nostra Synodus in ripa Salæ Naopyrgum convocata est. Optarim plures adfuisse, & de iis controversiis collocutos esse prolixius, quarum explicatio necessaria est. Pagellas, quas tibi scripsimus, legisse te non dubito, quare te valdè oro, ut mihi scribas de tuo judicio. Nunc tibi commendo hunc pauperem scholasticum, Petrum Campensem, qui memor divini praeccepti, fugite idola, maluit in nostris Ecclesiis vivere, quam in patriâ. Sperat, sibi tribui locum in collegio vestro posse.

Quaeso